

mante, ino adsentientibus expresse concilii Chalcedonensis patribus universis in testimonio ipso ab adversario prolato (1). Quo igitur recidit machina illa ab adversario nobis objecta? Ita nempe firma sunt catholicica dogmata ut nunquam ne latum quidem unguem dimoveri aut concuti possint. Tantum abest ut *morali certitudine* constare possit traditionem catholicam non agnoscisse rom. pontifices uti Petri successores *jure divino*!

Ad 2. D. Conferunt ad ostendendam Ecclesiae romane *praeminentiam et superioritatem* jure divino, C. jure ecclesiastico tantum N. Si enim ejusmodi praeminentia Ecclesiae romanae obtigit ex eo quod rom. pontifices jure divino in Petri primatum succedunt, uti ex hactenus dictis luculentissime patet, jam eodem jure hac *praeminentia et superioritate* in universam Ecclesiam gaudet Ecclesia romana, seu potius rom. pontifex. Lubenti animo hic etiam gratulamur adversario de eo quod profitetur se plenissime admittere; verum opus est, si velit veritatem integrum agnoscere, ut ulterius progradientur, atque admittat iuxta apostolicam traditionem ejusmodi *praeminentiam* plane de *jure divino*. Siquidem ex dictis que ipse falso fundamento superstruxit in conclusione, concidunt necesse est (2).

III. Obj. 1. A divino jure repeti nequit quod ex mero hominis arbitrio dependet; talis porro est successio rom. pontificum in Petri primatum: etenim quod Petrus Romam potius in sedem elegerit quam urbem aliam qualecumque, factum est mere humanum, a libera scilicet Petri voluntate ita sese determinante dependens; 2. jamvero jus divinum a facto humano prorsus independens est. 3. Nemadmodum igitur in arbitrio Petri fuit Romae potius quam alibi cathedralm suam collocare, ita et in arbitrio Ecclesiae est Petri cathedralm alio transferre, e. g. Mediolum, Petropolim, Berolinum, etc. Si praesertim id rerum adjuncta atque Ecclesiae ipsius utilitas exposcerent; perperam ergo rom. pontifices jus divinum obtemplunt in successione in Petri primatum (3).

(1) Cf. Christ. Lupum in Schol. ad can. 28. conc. Chal. opp. ed. cit. tom. II. pag. 110. ubi eamdem exceptionem quam hic urget Palmeri jamdiu adversus Marc. Anton. de Dominis propulsaverat.

(2) Hic obiter obseruo Palmerium technas movere adversus successionem rom. pontificum in Petri primatum *jure divino*, eo quod haec formula non inventari expressa in patrum testimoniis, licet ut vidimus, rem ipsam quam formula illa significatur ipsi apertissime tradant. Cum vero agit de infallibili Ecclesiae auctoritate, quam ipse pariter non vult admittere, licet expresse et aperte certum patres illam inculcent, alia ratione tunc ipsum testimonia eludit. Ita proinde sese gessisset, si apertis verbis eamdem formulam patres adhibuerint.

(3) Ita Febronius ejusmodi sectatores passim; atque exinde ejusmodi questio, utrum Ecclesiae auctoritate a Sede romana in aliam primatum possit transferri, celebris effecta est, de qua iam ab an. 1782. scripsit auctor *Epistola in causa: an summus pontificatus a romana Ecclesia aeterno et alio transferri possit?* atque an. 1787. Tercia thesis haec publica disputatio proposita fuit: *Episcopatus romano non ita amplexum esse dicimus primatum, ut ecclesia itum in aliam quamcumque cathedralm transferre non possit.* Dixi exinde celebrem factam esse haec questionem; siquidem notum est nonnullos scholasticos et theologos existimasse absolute fieri posse, ut primatus, seu summus pontificatus auctoritate Ecclesia aut rom. pontificis a Sede

R. ad 1. D. A jure divino repeti nequit quod a mero hominis arbitrio pendet in ipsa re instituenda, C. in ponenda conditione ut res que divino jure insituta est summi sortiatur effectum N. Quod ut exemplo familiaris illustretur, ex divina institutione sit, ut panis per consecrationem convertatur in Christi corpus, a sacerdotis tamē arbitrio pendet in hunc potius quam illum panem verba consecrationis proferre. Ast si semel panem aliquem consecraverit, in nullius jam potestate est consecrationem a pane illo auferre, ac vere diceretur jure divino, seu ex divina institutione panem illum factum esse corpus Christi, quamvis a facto mere humano sive mero alienus sacerdotis arbitrio factum sit, ut panis ille in corpus Christi per consecrationem fuerit mutatus (1). Hoc autem ut casui nostro applicemus, ex divina institutione, sive divino jure institutus est in Ecclesia primatus in persona Petri cui divinitus collatus est ejusque legitimis successoribus perpetuo duraturus: in Petri arbitrio erat sibi eligere in sedem episcopatus ac propterea primatus sui sive Romam, sive Mediolanum (2): posito autem quod in sedem fixam sui episcopatus atque primatus Romam aut Mediolanum delegerit, rexeritque usque ad obitum suum, jam in nullius est potestate a successoribus in hanc sedem Petri episcopatum et primatum dispescere atque divellere. Jus enim divinum, verificata conditione per factum quamvis liberum Petri, ab hac sede inseparabile est. Hinc quicunque legitime succedunt in Petri sedem, divino

romana in aliam posset transferri, cuiusmodi sunt *Scotus in 4. sent. dist. 24. Card. Cusanus de concordia, cahol. lib. II. cap. 34.* (qui tamen postea in epist. ad Bohemos eam sententiam retractavit). *Cordubensis, lib. IV. q. 1. Banner in II. Ques. 1. art. 10. Dom. Soto in IV. sent. tom. II. dist. 24. q. 2. art. 3. ed. Venet. 1753. pag. 40. Paludanus, Arnaucanus, Mendoza apud Suarez, de triplici virtute Theol. Tract. De Fidei disp. 10. sect. 5. n. 9. Thom. Waldensis apud Cordubensem in Doctr. Fidei, lib. II. art. 2. cap. 41. Ballerius in Vindictis auctoritatis pontificie, cap. 8. §. 2. negat quidem Ecclesiam, prout separata a summo pontifice consideratur, posse alio transferre primatum; at dubium se exhibet, num id fieri possit a rom. pontifice, neque facile decidendum esse affirmat. Ne umbras tamen ex recentis auctoribus catholicis, concludit, uti Febronius et ante ipsum lutheranus Amesius apud Dupinum *De ant. eccles. disciplina*, diss. 4. §. 5. pag. 554. iutulerunt, ex eo nempe quod pontificum rom. successio in facto humano fundetur, atque in Scripturis non narratur, haud divinum sed humanum esse jus, quo pontifices romani in Petri primatum succedunt.*

(1) Cf. Gerdil. *In commentarium a Justino Febronio in suam retractationem editum antinadversiones.* Opp. cit. ed. tom. XIII. *Posit. IX.* pag. 241. qui inter cetera praeclare observat: « Unum illud, quod contra facere videtur, nemum primatus cum rom. Sede ex Petri facto pendere, nullius omnino momenti est. Multa quippe sunt, que ut sint et existant, factum humanum praequiruntur; statim autem atque facto humano prodierunt, divino plane jure sauciuntur; » quod deinde plurimis exemplis declarat, ac deinde concludit: « Non est ergo confundendum factum cum jure, quod, positu facto, divina institutione exoritur: factum quidem interponitur, idque humanum; sed eo posito, prava Christi institutione jus ipsum divinum exercit sese, et explicat. »

(2) Cf. Bellarm. *De summo pontif.* lib. IV. cap. 4. n. 15. Bellarmio, quod mireris, assentitur Dupinus, diss. 4. *de ant. discipl.* eamque adstrinxit adversus Amesium; quod auctores catholicos, si excipias pauca illos, quos modo recensuimus, communis doctrina est non amplius separari posse primatum a rom. Sede neque ab Ecclesia neque rom. pontifice. Horum elenchum exhibet Zaccaria in *Anti-Febronio* diss. 2. pag. 47. seqq. Cf. etiam Boigeni, *L'episcopato*, cap. 5. art. 4.

jure succedunt in ejus primatum. Idem die de electione personali cuiusvis pontificis quae sit a cardinalibus. Electio quippe alicujus peculiaris individui in pontificem est factum mere humanum; ast vero hoc posito, electus a Christo immediate totam suam obtinet auctoritatem (1).

Ad 2. D. Id est *jus divinum summi pontificatus* seu primatus in se spectati independens est a facto humano, C. est independens a facto humano ad verificandam successionem personalem N. Responsio patet ex dictis (2).

Ad 3. N. Quamvis enim in arbitrio Petri fuerit hanc potius quam illam urbem in sedem deligere, attamen electione facta ac morte post electionem superveniente in eadem sede, jam in potestate pontificis aut alterius haud est Ecclesiae sedem ac titulum alio transferre. De jure siquidem divino est, ut diximus, in Petri successores summum Ecclesiae primatum a Christo institutum transire. Quare in nullos alios quam in legitimos Petri successores ex divina institutione primatus dimanare potest. Aliud porro est de *residentia* disserere, aliud vero de *sede* ac *se-*

(1) Cf. Zaccaria, *Anti-Febronio* tom. II. cit. diss. 2. cap. 1. § 4. Bened. XIV. *De synodo diaconorum* lib. II. cap. 1. § 1. De-Marc. Diss. 1. *De singulare primatu Petri* n. 20. Marc. Aut. *Cappellum Disp. 2. de successione episcopi rom. in pontificatu Colon.* Agrip. 1621. cap. 1. Cf. etiam Suarez in *Defens. Fidei adv. anglicanarum sectae errores*, lib. III. cap. 12. seqq. usque ad cap. 20.

(2) Haud pauci nec ignobiles scriptores censent non absque Christi voluntate Petrum Romae sedem suam collocasse, de qua quavis ex Scripturis non constet, attamen D. Carol. du Plessis d'Argentré doctor Sorbonicus id ita certum ratumque habet, ut de eo dubitari non sinat, cf. eius *Eleg. Theologica* cap. 9. § 2. ed. Paris. 1702. p. 263. seqq. Sane credibile est haud absque Christi dispositione, aut saltem. Sp. sancti impulsu Petrum illud egisse ex quo determinandus in perpetuum erat Ecclesiae primatus in peculiari Sede. Nec desunt in antiquitate huius assertio[n]is fundamenta. S. Leo serm. 1. de ss. Apost. Petro et Paulo cap. 3. ed. cit. *De Beatisissimum Petrus, inquit, principis apostolici ordinis ad arcem romani destinatur imperii*, ut lux veritatis que in omnium gentium revelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet. » S. Gelasius ep. XIV. *Quodammodo scribit, certe fratre Apololi, paribus meritis, parique dignitate suffici. Cumque omnes aequaliter spirituali luce fulgerent, unum tamen principem ex illis voluit Christus, eumque dispensatione mirabilis in dominum gentium Romanum directit, ut in praecipua Urbe vel prima priu[m] et praeclarissimum dirigenter Petrum. » Collect. conc. Venet. Nic. Coleti, tom. V. col. 342; et ante ipsos Eusebius H. Ec. lib. II. cap. 14. loquens de Simonis magi prestigiis: « Conseruit, scribit, ipsi Claudio Augusti temporibus benigna et clementissima *Dei providentia fortissimum et maximum inter Apostolos Petrum, et virtutis merito reliquorum omnium principem ac patronum, Romanum adversus illam generis humani labem ac pestem perducit.* » S. Ambrosius in *Serm. contr. auxentium*, n. 15. referit quod cum Petrus a christianis rogaretur, ut paulisper persecutioni cederet: « Nocte muros egressi copiis, et videnti sibi in porta Christum occurrere, urbemque ingredi, ait: Domine, quo vadis? Respondit Christus: Venio (Romanum) iterum crucifixi... intellexit ergo Petrus quod iterum Christus crucifixus esset in servulo Itaque sponte remeavit. » Ed. Maur. tom. II. col. 867. Licet vero protestantes Veneans Petrus et Basnagius hand historiam velut tabulam traducant, acerrimi tamen critici eam tueruntur, quos inter Foginius op. cit. exercit. 17. pag. 404. seqq. et Mazochius in *Kalend. Neapol.* pag. 889. Sane ejus meminuit Hegesippus lib. III. apud edit. Maur. in loc. cit. atque ad hanc historiam alludere videtur *Origenes* tom. XXI. in *Joan.* edit. Huet. hom. II. pag. 290. illam refutans ex *Actis Pauli*, quae tortasse olim vulgata erat sub tit. *Act. Petri et Pauli* cuiusmodi sunt quae rei Combeffisius ex Biblioth. regia Parisiensi. Hoc item factum memorat s. Greg. M. in Ps. 4. *L'episcopato*, cap. 5. art. 4.*

dis titulo. Residentia enim non ita uni affixa loco est, ut justis intercedentibus causis, non possit alio transferri, uti saepe contigit, tot presertim annis quibus rom. pontifices Avenione commorati sunt; atque in hypothesi quod Roma delectetur, aut ea christiani et catholicici nominis hostes potirentur, idem omnino fieret. Sedes vero prout Petri est, ac sedis titulus a nulla humana auctoritate immutari potest aut in aliam sedem titulumve transferri. Quamobrem fieri quidem potest, ut summus pontifex resideat Viennæ, Mediolani, Berolini aut Petropoli; nunquam vero potest fieri, ut simplex episcopus viennensis aut petropolitanus sit summus pontifex, ubicumque idcirco resideat, semper erit pontifex romanus, ut possit dici, ac vere sit in primatu Petri successor (1).

CAPUT III. De natura et iuribus primatus rom. pontificis.

Petrus Tamburini ejusque assecke non esse per miscendum rom. pontificis primatum cum potestate episcopali contendunt, sed primatum istum ejusdem affirmant esse speciei ac jura metropolitica et patriarchica, addito tantum jure representandi universalem Ecclesiam, atque in toto orbe procurandi puritatem fidei, morum ac disciplinae vigorem, ita ut omnibus rom. pontifici, modo tamen hic agat Ecclesiae nomine, parendum sit. Magni sane interest peculiari solertia hanc expendere questionem ex qua hanc exigui momenti corollaria pendent. Si enim primatus natura episcopalis sit, jam sponte sua consequitur tum romani pontificis potestem spectari minime posse in Ecclesia catholica universa ut potestatem extraneam, prout passim libiores nonnulli scriptores, quod superius vidimus, eam vocare consueverunt, tum vi istius primatus rom. pontificis superiore esse ecumenicas concilia que ipse propterea solus cogere potest, iisdem praesesse, eaque confirmare; tum demum ex eo dimanare jura indiscriminata omnia, quibus in Ecclesiam universam rom. pontifex pollet. Jam vero talen esse primatus rom. pontificis naturam, ac talia propterea, que exinde consequuntur jura, insequentibus propositionibus ostendere aggredimur.

PROPOSITIO I. — *Primatus auctoritas qua divino jure potest rom. pontifex, auctoritas est episcopalis, que omnes complectitur Christifideles, etiam episcopos.*

Auctoritas episcopalis consistit in immediata et

(1) Hoc optime novit pontifex ille Avenione residens de quo loquitur Franc. Petrarcha in lib. *Epistolaram sine titulo*, ep. XV. in qua *calamitatem urbis Romae deplorat*. Cum enim Pontifex Italiam esset infensus, quidam ex eius intimis familiaribus illi consulit, ut papatum Romæ eriperet, et transferret Cathureum in Vasconiam, ut hoc modo de Italiam ulcisceretur. Quod consilium pontifex risu exceptit, respondens: « Fecelli me; haec enim te nondum delirare cognoveram. An ignoras, inscie, hac via quem statuisse subtiliter visus es tibi, et me, et qui milii successerint, episcopos catharices fieri... illum vero, qui Romæ praefuerit, papam fore? Sic italum nomen dum evenerit et putas, attollis, et in antiquam restitus dignitatem... De titulis non certemus; velinus nolimus enim, rerum cajut Roma erit. » Op. Francisci Petrarcha, edit. Basilea, 1581. tom. II. pag. 727-728. Noverat nempe pontifex, neminem, qui non fuerit Petru in cathedra Romana successor, posse summum pontificatum obtinere, qui ejusmodi successione inseparabiliter connexus est.

(Trente-une.)

ordinaria potestate pascendi, regendi et gubernandi gregem sibi commissum, dicente Apostolo Act. XX. 28. « Attendite vobis et universo gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, » et apostolo Petro I. cap. 5. 2. « Pascite qui in vobis est gregem Dei. » Atque Petro ac proinde ejus successoribus rom. pontificibus Christus eamdem contulit potestatem, pascendi scilicet immediate, regendi et gubernandi Ecclesiam universam quae ex agnisi et ovibus, id est, populo ac pastoribus coalescit, dum Joan. XXI. ei dixit: « Pasc agnos meos... pase oves meas, » et Luc. XXII. 51. « Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos ut cibare sint triticum: Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos, » scilicet apostolos; ac demum cum Matth. XVI. eum constituit petram seu fundatum Ecclesiae suæ, et claves ei promisit cum potestate plenissima quodcumque ligandi atque solvendi. Auctoritas igitur primatus quem habuit Petrus, adeoque rom. pontifex est potestas episcopalis super universam Ecclesiam.

Atque hinc factum est, ut in vetustissimis ecclesiasticis documentis passim rom. pontifex appelleatur *Episcopus episcorum... Pontifex universalis... Episcopus universalis... Pastor pastorum, Caput capitum* (1); que quidem aliaeque ejusmodi denominations aperte ostendunt pontificium primatum idem esse ac episcopalem potestatem seu auctoritatem, quae se ad omnem extendat Ecclesiam. Quod Eusebius Emissenus, seu quisquis est vetus auctor sermonis *De natali Apostolorum*, ut vidimus, expressis illis verbis declaravit: « Prius agnos, deinde oves commisit ei: quia non solum pastorem, sed pastorem pastorum eum (Petrum) constituit. » Et ante ipsum s. Ambrosius expendens eadem Christi verba *Pasce*, adnotat distinctionem quam Christus agnos inter ac oves interposuit, et *agnorum nomine* populos, *ovium autem episcopos* interpretatur dicens: « Et jam non agnos, ut primo quodam lacte vescentes; nec oviculas, ut secundo; sed oves pascere jubetur, perfectiores ut perfectior gubernaret» (*Lib. X. in Luc. n. 176. ed. Maur.*). Pari prorsus ratione s. Bernardus exponit, sic Eugenium III. alloquens: « Habent illi (episcopi) sibi assignatos greges, singuli singulos; tibi universi crediti, uni unus. Nec modo ovium, sed et pastorum tu unus omnium pastor. Unde id probem quæris? Ex verbo Domini... *Pasce oves meas* » (2). Huc spectat conc. Lateranense IV, dum decernit quod « Ecclesia Romana, disponente Domino, super omnes alias ordinariae potestatis obtinet principatum, utpote mater universorum Christi

(1) Cf. Theoph. Raynaudum in op. cit. *Corona aurea*, ubi innumerous prope titulos ejusmodi invenies; apud Sirmondum vero op. pariter cit. *De ecclesiis suburbicaritis* cap. 5. opp. tom. iv. col. 52. a Theodoro Studita in epist. ad Leonem III. vocatur romanus pontifex. *Totum namque regnum, uno excepto, est in orientalibus ecclesiis, universae quae sub caelo est ecclesia princeps pastor*; quia scilicet, ut ibidem advertit Sirmondus, episcopi romani, ut papa est, diecesis non occidens, sed orbis est universus.

(2) *De Consider. lib. II. cap. 8. n. 45. ed. Maur.*

968
fidelium et magistra » (1); adeoque fidelium et episcoporum. Huic concinit concilium Florentinum in adducto decreto illis verbis quibus desinuit, « Traditam esse rom. pontifici in l. Petro plenam potestatem pascendi, regendi et gubernandi universam Ecclesiam » (2).

Luculentissime hanc eamdem veritatem rom. pontificum constans ac perpetua praxis confirmat. Res enim testatissima est in historia ecclesiastica rom. pontificis suam hanc potestatem exercuisse sive in decernendis fidei controversiis ubique terrarum exortis, sive in praefigenda disciplina, sive in recipiendis dejectorum episcoporum appellationibus, sive in restituendo sedibus suis illos qui immerito fuerant excommunicati; in muletandis, cum opus fuit, excommunicatione presulibus, et orientalium sedium patriarchis (3); in coartanda episcoporum jurisdictione nonnullis sibi casibus reservatis (4); in removendis episcopis reluctantibus a propria sede ob Ecclesie necessitatem aut magnam utilitatem (5), quod et aetate nostra in Galliis praestitit immortalis Pius VII. (6); sive in aliis demum ejusmodi gravissimis negotiis perficiendis, que palmari et apertissima prorsus ratione potestatis de qua agimus exercitum in universam Ecclesiam quovis tempore et ubique locorum in rom. pontificibus ostendunt.

Denique id ipsum postulat ipsius Ecclesiae notio atque natura. Re quidem vera, si pontificius primatus minime reponendas eset in episcopali auctoritate, jam episcopi suum non haberent pastorem et episcopum, ideoque Christi Ecclesia unum non eset ovile sub uno visibili in terris pastore, sicut Christus indixit Joan., X « Fiet uicum ovile et unus pastor »; sed tot essent pastores quot episcopi, quin illi ab uno supremo pastore regerentur. Hinc tota pessundaretur, imo evanesceret contra Christi institutionem fidei, tum regimini unitas; totidem essent membra sine capite a quo dirigerentur, neque pro-

(1) In collect. conc. Veneti Coleti, tom. xii. pag. 937.

(2) In Act. Conc. Hard. tom. ix. col. 425.

(3) Sane plures legimus in Hist. eccles. in patriarchatus Constantino politano, Alexandriano, Antiocheno, Hierosolymitano aut fuisse a rom. pontificibus e sede dejectos, aut sedibus propriis restitutos. Nicolaus I. epist. VIII. ad Michaelem imperatorem apud Harduin. *Acta conc. tom. v. col. 157.* octo enumerat patriarchas Constantinopolitanos a rom. pontificibus depositos. Gelasius in ep. ad episcopos Dardaniz (collect. conc. Venet. Coleti tom. v. col. 529.) scribit; « Diocorum secunda sedis (Alexandrinae) presulum sua auctoritate (apostolica Sedes) damnavit, et impian synendum non consentiendo submovit». E contra Athanasium Alex. aliosque episcopos a synodo orientali depositos Julius I. suis sedibus restituit; restituit item Sedes apostolica Flavianum a Diocoro in conciliabulo depositum, et Joannem Chrysostomum pariter a conciliabulo damnatum sedi Constantinopolitane; de quibus alisque actis jurisdictionis a rom. pontifice in patriarchatus orientalibus fuse agit. Gelasius in cit. epistola. Plura alia exempla referit etiam Bellarminus *De rom. pontif. lib. II. cap. 28.*

(4) Cf. Zaccaria in *Antifebronio vindicato* tom. I. cap. 5. § 4. et iterum in *Antifebronio vindicato* tom. II. diss. 4. cap. 4. et 2. seqq.

(5) Cf. Mazzarelli in *Dissert. An summus pontifex habeat auctoritatem destituendi episcopum invitum et reluctantem a propria sede ob Ecclesie necessitatem, aut magnum utilitatem*. Quae est IV. inter *Dissertationes selectas*. Rom. 1807.

(6) Cf. opus cit. cl. Barruel S. J. *Sul papa ed i suoi diritti all' occasione del Concordato del 1801*. tom. II. p. 4. cap. 1. seqq. cum tribus conclusionibus.

pterera corpus unum constituent, seu personam moralem ad instar individui viventis; ac plane de- esset in Ecclesia universalis quod in qualibet particuliari ecclesia ad ejus unitatem constituendam requiri- tur. Nam ex s. Cypriano Ecclesia est « Plebs sa- cerdoti suo adunata, et pastori suo grex adhae- res » (1); ergo quemadmodum unitas Ecclesia particularis ab episcopi unitate pendet, sic ab episcopi supremi et universalis unitate pendet unitas Ecclesiae ipsius universae; quandoquin, ut loquitur s. Hieronymus: « Ecclesia non est, quidem non habet sacerdotes » (2); nimurum episcopos qui eam regant, adeoque episcopum supremum, qui universe praesit Ecclesiae. Alioquin haberent quidem ecclesiae particulares, nunquam autem haberetur Ecclesia universalis, que una sit, cum sine universalis episcopo, universalis non sit Ecclesia (3).

Resp. ad 1. N. Dum enim asserimus pontificem, episcopum universalem, esse quoque particularem Romanum episcopum, id unum significamus rom. nempe pontificem in ecclesia peculiari romana eam exerce- re auctoritatem, quam potest, et pro rei opportuni- tate reipsa exerceat in singulis mundi ecclesiis, hoc tantum interjecto discrimine, quod cum ecclesia romana alium non habeat episcopum a pontifice dis- distinctum, iste in romane ecclesie regime eum non servat modum, eosque respectus, quos in ceteris adhibet administrantis ecclesiis, ut intacta perma- neat episcoporum jurisdictione; eadem nempe ratione, qua se gerunt episcopi quoad parcerias suis ditio- nibus subjectas (3). Quo in sensu nulla primatum inter auctoritatemque episcopalem appetat pugna.

Ad 2. N. Optime siquidem ac perbelle duo haec inter se pariter componuntur, si observatur quod episcoporum aequalitas cum pontifice reponenda sit in charactere et episcopali dignitate, primatus vero in limitum extensione. Accedit, episcopos in sue po- testatis exercitio subjici rom. pontifici, pontificem vero nulla auctoritate detineri, ea generali regula excepta, juxta quam ut ipse detinet potestate sua in adiunctionem et non in destructionem (Cf. *ibid.*, pag. 576. seqq.).

Ad 3. D. Nomen *episcopi universalis* proscriptum fuit a s. Gregorio M. ob pravum sensum qui eidem affingi poterat, atque abusum qui a Gracis iure ti- mebatur, C. per se, perinde ac si rom. pontifici res per illud significata non competenter. Omnes norunt quo tenderent episcopi Constantinopolitani, nempe ad se penitus eximendos a romani pontificis auctoritate, ita ut eorum audaciam vel ipsemel Phoca compescere, imo frangere debuerit (4). Jam emin- ale ipsorum animos persuasio occupaverat prima- tum Sedis alicuius ab urbis dignitate, imperio ac amplitudine pendere. Cum igitur imperium occiden- tale barbarorum direptione evanisset, eminenterque ejus vice imperium orientale, eo arroganter devener- it.

(1) *Epist. LXIX* ubi cit. edit. p. 125. cum premissit s. Cyprianus verba Petri apud Joan. VI. *Domine ad quem ibimus? Verbum vite aeterna habes, et nos credimus et cognoscimus quoniam tu es Filius Dei vivi, subdit:* « Loquitur illuc Petrus, super quem aedificanda fuerat Ecclesia, Ecclesie nomine docens et ostendens quia etsi contumax ac superba obaudire nolentium multitudine discedat, Ecclesia tamen a Christo non recedit, et illi sunt Ecclesie plebs primat adunata, et pastori suo grex adhaerens ». (2) *rial. adv. Lucifer. n. 21.*

(3) Huc pariter referuntur que scribit s. Optatus *De Schismat. Bonatist. lib. II.* « Certa membra sua habet Ecclesia, episcopos, presbyteros, diaconos, ministros et turba filium. ed. Albasin. pag. 55. Nisi propterea omnes isti episcopi, presbyteri, diaconi, ministri ac fidem turba uni universali subiungentur episcopo, unam Ecclesiam non constituerent.

(4) Cf. *De hoc argumento Bolgeni in op. cit. V Episco- palu* tom. I. cap. 4. art. I; item Zaccaria in *Antifebronio* tom. II. diss. 2. cap. 2 et 5. et in *Antifebronio vindicato* tom. II. diss. 4. cap. 4. necnon Card. Orsi *De rom. pon- tificis in synodos ecumenicas potestate*. Rome 1740. p. 2. lib. VII. cap. v.

(5) Cf. *Quae praelare hanc in rem scribit Mazzarelli in cit. dissert. 4. An summus pontifex*, etc. pag. 532.

(6) *Lib. V. epist. XI. ad Eulog. episc. Alexandr. ed. Maur. et epist. XVIII. ad Joannem episc. Constantinopolitanum.*

runt episcopi Constantinopolitanū, ut non contenti praeminentia quam affectabant super patriarchatus Alexandrinum et Antiochenum, sibi etiam subjecere, si fieri potuisset, ipsam romanam Sedem contendente. Perceptos jamdiu timores exitus comprobavit (1). Merito ideo *accumentici episcopi* denominationi fortiter restitit Magnus Gregorius ad mala semina suffocanda. Cum vero illud interdixisset Joanni, prudentis economiae gratia debuit a se Gregorius pariter respucere, quamvis fateatur sibi illud competere jure posse (2). Interim ut praeclarum humilitatis exemplum praebaret, teste ejus biographo, sese exinde cepit s. Gregorius *Servum servorum Dei* nuncupare (3).

Ad 4. D. Episcopatus unus est ratione originis, naturae ac identitatis, *C.* ratione auctoritatis et jurisdictionis, *N.* Talem esse s. Cypriani mentem in objecto toties effato, patet ex eo quod s. martyr illud protulerit ad primatum constabiliendum, ut inde erueret Ecclesie catholice unitatem. Unum propterea esse affirmat episcopatum ratione originis et radicis, quatenus omnes episcopatus particulares ab episcopatu romano, velut ab origine, exordium sumentes, eique velut radici adherentes cum eo unum pastorale corpus constituant, unumque efficiunt episcopatum universalem, cuius principatum tenet rom. pontifex. Huc referuntur similitudines quibus ibidem s. Cyprianus usus est *multorum rimatorum* qui unam arborem efformant, *multorum rimatorum*.

(1) Ut patet ex schismate Photiano instaurato deinceps a Michaeli Cerulario. Cujus schismatis germina jamdu leuebantur in ecclesia Constantinopolitana a pluribus seculis, ut ex actis conciliorum et agendi ratione episcoporum illius sedis apertissime constat. Cf. Christ. Lupum in *Schotis ad can. iii. conc. Constantiopolitani I. et ad can. XXVIII. conc. Chalced.* ubi ambitionis illorum presulsum principium, progressum, ac funestum tandem exitum exponit.

(2) Etenim s. Gregorius epist. cit. XVIII. ex lib. v. aperte scribit: « Numquid non, sicut vestra fraternitas novit, per venerandum Chalcedonensem concilium hujus Apostolice Seditis antistites cui Deo disponentes deserivo, *universales* oblatu honore vocati sunt? Sed tamen nullus unquam tali vocabulo appellari voluit, nullus sibi hoc temerarium nomen arripuit; ne si in pontificatus gradu gloriam singularitatis ariperet, hanc omnibus fratribus degassasse videbatur? » Eadem fere repetit ibid. ep. XLII. En quo sensu sanctus pontifex respernit ejusmodi denominationem, et quo illam sensu temerariam ac profanam dixerit, ob pravum scilicet sensum quo usurpari poterat. Ceterum I. titulum hunc per se, quatenus oblatus est a conc. Chalcedonensi, seu potius in libellis supplicibus qui Act. III. illius concilii lecti sunt, non reprehendit s. Gregorius, ut patet ex ep. XX. lib. V.; 2. rem hoc titulo significatam rom. pontificis constanter ipse vindicat, dum vocat rom. pontificem *caput fidei ex quo membrorum status integrum manet*, ut in epist. XXXVII. lib. XIII.; dum potestatem se exercere profiterit etiam in orientales episcopos subjectos alios patriarchis, ut liquet ex epist. LXVI. lib. VI.; dum affirmat a rom. pontifice causam primam iudicari uti constat ex ep. LIX. dum sibi tribuit jus aliorum episcoporum retractandi sententias, ut in epist. XXIX. lib. X.; dum rom. pontificem « Universis ecclesiis curam lapidare » affirmat; dum loquens de romana Sede ait: « Nesci quis ei episcopus subiectus non sit » ut in epist. LIX. lib. IX. etc. etc. Cf. De Simeonibus op. cit. *De rom. pontificis judicari potestate*, cap. 4. § 2. et Nat. Alex. diss. 4. in sec. 1.

(3) Apud Bolland. tom. II. meassis Martii in *Vita a Joanne Diacono conscripta* lib. II. cap. 1. Ex hac porro vita non secus ac ex illa quam adorarunt Maurini editores capp. tom. IV. ex scriptis s. Gregorii patet, utrum reipsa hic s. pontifex auctoritatem exercuerit necne in Ecclesiam universam, orientalem et occidentalem.

vorum, quorum unitas servatur in origine; qua de causa ecclesiam romanam appellat *ruacem et matrem Ecclesie catholicae* (1); nec aliunde oboras essa haereses aut nata schismata affirmat, quam inde, quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus sacerdos, et ad tempus in Ecclesia iudex vice Christi cogitur, cui si secundum magisteria divina fraternitas obtemperaret universa, nemo adversum sacerdotum collegium quicquam moveret (2). Jam vero ideo pars unius illius episcopatus universalis et individui in solidum tenetur ab episcopis singulis, non quod eadem sit jurisdictione et dignitas omnium episcoporum, que est romani pontificis, sed ratione ordinis et characteris episcopalis, qui de se indivisibilis est, totusque inest quibus imprimitur (3).

Ad 5. N. Neque enim in objectis verbis voluit s. Cyprianus rom. pontificis auctoritatem excludere, verum unice intendit significare se plenam in suffragio ferendo de valore baptismi ab hereticis collati libertatem episcopis relinquere (4). Quod si, ut nonnulli contendunt, voluit s. martyr iis alludere ad Stephanum rom. pontificem, non potestatem ejus carpit, sed, ut ipse falso existimat, potestatis abusum, eo quod anathema comminatus fuerit in tot sanctissimos praesules in re disciplinari ac non-dum penitus eliquata (5).

Ad 6. D. Sunt omnes episcopi ejusdem meriti *di sacerdotii*, *C.* ejusdem potestatis ac jurisdictionis, *N.* Primum tantum affirmit Hieronymus ratione ordinis, ut diximus, et characteris; alterum autem nunquam dixit, imo contrarium ubique docuit (6).

Ad 7. Neg. conseq. Pa. et enim seu *Patris* titulus antiquitus non solum episcopis sed et resbyteris passim tribuebatur (7), ut adhuc in praesentia sacerdotibus regularibus tribui soleat, quin inde quidpiam

(1) Epist. XLV. ad Cornelium ed. Maur. pag. 59.

(2) Epist. LV. ad eundem Cornelium pag. 82.

(3) Sane ab eodem s. martyre ep. cit. LV. dicitur. *Potio gregis singulis pastoribus adscripta* in quo ipse summum luculentissime explicat. Verum de hoc textu cf. que scripsimus in tract. *De vera religione part. 2. prop. 5. col. 203. seqq.* Cf. etiam Ballerini op. cit. *De vi et rat. primatus*. cap. 15. § 5. n. 10. seqq.

(4) De hoc aliisque similibus Cypriani testimoniis cf. Natalem Alex. diss. 4. in sec. 1. § 4. Obj. 2. ubi hinc ea ac plenissime discutit. Jam de hoc ipso egerat s. Augustinus lib. III. *De Baptismo* cap. 5. Cf. etiam card. Orsi lib. III. *De rom. pontificis auctoritate* lib. III. cap. 5. art. 1.

(5) Cf. Baronium ad an. 238. n. 42. seqq. cum critica Pagii in an. 236. et juxta Baronium 239. Cf. item Gerdil. in op. *Esame dei motivi*, etc. Part. 2. art. 6. opp. tom. XIV.

(6) Cf. Natalem Alex. loc. cit. Sensus profecto s. Hieronymi in objecto loco ex ejus scopo aperiissime colligitur, retundendi nimirum diaconorum ecclesie romanæ audaciam, qui se praeferebant presbyteris, iunxi nescio cui consuetudini que vigebat in rom. ecclesia. Ad eos propterera compescendos s. Hieronymus vehementiori stylo eos perstringit qui ob auctoritatem et iurisdictionem episcopi romani se audebant praeferre presbyteris aliarum dioceseon. Quare merito s. Hieronymus docet episcopos omnes spectata solius episcopi conditione et charactere aequales esse, neque eorum dignitatem intrinsecam pendere a maiori vel minori civitatum aut ecclesiistarum amplitudine.

(7) Cf. Bingham: *Origines, sive antiquit. ecclesiasticae*, lib. II. cap. 12. § 7. et cap. 19. § 14. et Theoph. Raynaudum in op. cit. *Corona aurea ad vocem Papae ubi observat non solum sacerdotibus nomen istud sed quandoque iuris clericis inferioris ordinis fuisse tributum.*

inferri possit ad presbyterorum aequalitatem cum episcopis adstruendam. Ideo vero quandoque episcopi successores Petri dicti sunt, quod in partem sollicitudinis Ecclesie Petro commissæ sint vocati; tam etiam quia ex dictis Petrus est fons et origo ecclesiastici ordinis, neconon potestatis in omnes episcopos suo modo derivatae (1). Idem dic de appellatione *Vicarii Christi*, qua pariter interdum donati sunt episcopi, atque etiam presbyteri, quatenus in ministerio pro Christo legatione funguntur (2).

II. Obj. 1. Semel episcopatu universalis rom. pontificis constituto, episcopi evaderent totidem ejusdem vicarii et ministri, quod esset evertire ecclesiasticam hierarchiam divinitus institutam. 2. Ordinaria papæ potestas in alienis dioecesis excitare facile posset turbamenta, contentiones, scandala, et in legitimis pastores contemptum. 3. Fieri præterea nequit ut unus rom. pontifex recte possit providere Ecclesie per universum orbem dispersæ. Neque ab hac sententia abhorret Bellarminus, qui inquirit, utrum expeditius foret ab uno principe regi totum terrarum orbem? Questionem porro negative resolvit, cum fieri non possit ut ab uno principe tot tamque dissimilium nationum regimen habeatur per ministros absque in justitia (3).

Resp. ad 1. Neg. sequelam, cum episcopatus universalis quem rom. pontifici adstruimus non excludat episcopatus particulares, imo supponat. Nec enim rom. pontifex per episcopos veluti per administratos aut vicarios suos Ecclesiam regit, sed eos constituit tanquam totidem principes ordinaria potestate instructos ad uniuscuiusque ecclesie peculiaris bonum, quamvis cum debita subjectione in hujus potestatis exercitio a romana Sede ad servandam unitatem tum fidei tum communis in Ecclesia universa. Tunc solum intervenit auctoritate sua rom. pontifex, cum aut aliecius peculiaris dioeceseos aut Ecclesie universalis utilitas sive necessitas id ipsum postulat (4).

Ad 2. N. Patet siquidem ex modo dictis nullam prorsus jurium collisionem, nullas collectationes, scandala nulla aut contemptum provenire in subjectos prælatos ex romani pontificis præminentia. Nam quemadmodum in una dioecesi multæ parœcie sunt, que proprium pastorem habent, nemo tamen immediatam ac ordinariam in singulos suos dioeceses fidèles jurisdictionem episcopo insciatur, et nullæ perturbationes pertimescentur, sic nullæ pertimentescandæ sunt in casu nostro.

Ad 3. N. Res enim alter se habet in ordine ad ecclesiasticum regimen, in quo, quamvis unus sit qui primatum exercet, nihilominus singula dioeceses suos habent praesules, qui non precaria auctoritate, sed propria et ordinaria eas regunt; nec enim, ut diximus, episcopi meri sunt papæ ministri, sed veri principes. Tot seculorum experientia aperte ostendit

(1) Cf. cumdicit Raynaudum ibid. ad vocem *Successor Petri*.

(2) Cf. Natalem Alex. Diss. cit. ad Object. IV.

(3) *de rom. pontificis auctoritate*, lib. VII. cap. 4. seqq. ubi plenissime hoc argumentum evolut.

(4) Diss. 4. sec. 15. et 16. art. 5. § 3. ubi agens de decretri sess. 4. et 5. concilii Constantiensis nuntiost ostendere adversus Schelstrate agi in illis decretri de concilio seorsum sumpto a rom. pontifice, et cui pontifex collaborare nollet, ejusque mandatis parere; imo contrarium sensum velut in magistrorum ac ridiculum traducit. Cf. etiam Bellar-